



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**



**IO. FRANCISCI**  
**LEONIS,**  
**F P O R E D I E N S I S**  
 V. I. D.  
**EPISCOPI THELESINI,**  
**T H E S A U R I**  
**FORI ECCLESIASTICI**  
**PARS SECUND A.**

---

**DE IVRISDICTIONE ORDINARIA.**

Cap. I.

S Y M M A R I V M .

- |   |   |
|---|---|
| 1 <i>Jurisdictio ordinaria est favorabilis: delegata, uti extraordinaria, odiosa, &amp; restringenda.</i> | 3 <i>Episcopus ante consecrationem in pluribus jurisdictionem ordinariam potest exercere.</i> |
| 2 <i>Jurisdictionis ordinariae potestas in pluribus consistit.</i>  | 4 <i>Jurisdictionem ordinariam Princeps, lex, &amp; consuetudo tribuere possunt.</i>          |

5 Or-



- 5 Ordinariorum plura sunt genera.
- 6 Papa est Ordinarius Ordinariorum, & totius orbis.
- 7 Ordinariorum primum locum tenent Cardinales.
- 8 Legati de latere, in quibus locis habeant ordinariam jurisdictionem.
- 9 Ordinariorum secundum locum tenent Patriarche & primates, qui, licet nomine differant, eorum tamen idem est officium.
- 10 Patriarche est Ordinarius omnium Archiepiscoporum sue Provincie.
- 11 Causae Episcoporum super depositione, aut privatione, à Papa sunt cognoscendæ, & terminandæ, quandoque tamen inferioribus committuntur.
- 12 Ordinariorum tertium gradum tenent Archiepiscopi, qui sunt judices ordinum omnium Episcoporum.
- 13 Episcopi habent ordinariam jurisdictionem in eorum diœcesi, in qua pluræ possunt.
- 14 Episcopi ordinaria auctoritate possunt synodum convocare.
- 15 Statuere prohibitus in aliqua materia, defectu potestatis, potest in illa statuere, fortificando jus commune cum adiunctione pœna.
- 16 Episcopi possunt habere familiam armatam, & brachium saeculare invocare, quod prestari debet.
- 17 Episcopi procuratorem fiscalem habere, & in criminalibus pœnas pecuniarias imponere, & exigere possunt.
- 18 Episcopi ordinaria auctoritate suas sententias executioni possunt demandare.
- 19 Dicitio, ut supra, repetitiva precedentium habet vim repetitionis verborum supra expressorum.
- 20 Episcopi cura esse debet de Sanctorum invocatione, & sacrorum reliquiarum ac imaginum honore, ac veneratione.
- 21 Miracula, & novæ reliquia, vel imagines recipi non debent, nisi ab Episcopo recognoscuerint, & approbatæ.
- 22 Miraculorum, aut imaginum causa dubia emergentia, quomodo decidenda.
- 23 Reliquiae Sanctorum in maxima veneratione sunt habenda.
- 24 Syndon Evangelica, qua Christus ad sepulturæ mysterium involvi dignatus est, à Carolo Emmanuele Sabaudie Duce magno studio servatur.
- 25 Latris cultus syndoni Evangelica sanguinis Christi confessio debetur.
- 26 Festerum dierum celebratio cum omni veneratione debet observari, & contrafacentes sunt paenitentia plectendi.
- 27 Ferijs in honorem Dei indicti, an renunciari posse.
- 28 Feriatis diebus, an juramenta admitti, & sententia ferri possint.
- 29 Festerum violatio est misti fori, ita ut inter judicem ecclesiasticum, & sacerlarem sit locus præventioni.
- 30 Blasphemie crimen est misti fori, si non sunt hereticæ, quia iudicio ecclesiastico hujusmodi blasphemæ subiiciuntur.
- 31 Festerum dierum celebratio cadit sub tertium precepitum decalogi, & partim morale, partim ceremoniale judicatur.
- 32 Episcopus ex causa, & etiam quandoque parochus ab observatione festorum potest dispensare.
- 33 Monialium cura Episcopis præcipue est commissa, super qua maxime debent invigilare.
- 34 Virginem, vel viduam cogentes ad ingredi.

- grediendum monasterium, aut habi-  
tum suscipiendum anathematis pœ-  
nam incurunt.
- 35 Aetas ad habitum suscipiendum Monia-  
libus praescripta, & quæ ante profesio-  
nis emissionem requirantur.
- 36 Professionem virorum, quam mulierum,  
ante decimum sextum annum expli-  
cum fieri non potest, alias est nulla.
- 37 Milites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani  
tacite professionem emittunt.
- 38 Renuntiatio ante professionis emissionem,  
ut valeat, qua requirantur.
- 39 Professionem emittendi tempus post an-  
num noviciatus ex legitima causa à  
superioribus cognita potest prorogari.
- 40 Noviciatus tempore, excepto viclu &  
vestitu ex bono Novitiij, vel Novitie  
monasterio nihil tribui potest.
- 41 professio tam viris, quam mulieribus non  
licet quovis pretextu bona immobilia,  
aut mobilia, tanquam propria, habere.
- 42 Religionem per vim, & metum se ingre-  
sum pratendens, quando, & quomodo  
sit audiendus.
- 43 Apostata ipso facto excommunicationis  
sententiam incurunt.
- 44 Regulares, quomodo de ordine ad ordi-  
nem transversi possint.
- 45 Abbatissæ etas, quæ, & ut eligi possit, quæ  
requirantur.
- 46 Clausuram monasteriorum ingredi non  
debent superiores pro electione Abba-  
tissarum, aut aliarum Praefectorum.
- 47 Clausura Monialium ab Episcopis, ubi  
violata fuerit, diligenter restitui, &  
ubi est inviolata, maximè conservari  
debet.
- 48 Moniales omnes sub perpetua clausura  
vivere tenentur.
- 49 Moniales, quibus ex causis à monasteriis  
exire possint.
- 50 Monasteria Monialium nec Episcopis, aut  
alii superioribus, & personis ingredi  
licet, nisi urgentibus necessitatibus.
- 51 professionem emittere, nec ad clausuram  
servandam tenentur mulieres, que  
fuerunt in honesta, & in congregatio-  
ne vivunt.
- 52 Ingrediendi septa monasteriorum Mo-  
nialium licentiam quæ concedere pos-  
sit, & in quibus casibus.
- 53 Puella educationis causa, de cuius licentia  
monasterium ingredi possint.
- 54 Puella, educatione tempore absolute, quo-  
modo Episcopus providere possit.
- 55 Organi concinnatores, & magistri, ado-  
peram eorum praestandam, ut septa  
monasteriorum ingrediantur, sunt ad-  
mittendi.
- 56 Regulares adeuntes monasteria Monia-  
lium sine Episcopi licentia, quomodo  
puniendi.
- 57 Regulares quovis pretextu Moniales al-  
loqui, seu cum illis cibum sumere, aut  
se refocillare non possunt, sub gravibus  
paenitentiis.
- 58 Regulares, quibus cura Monialium sub-  
lata suit, illas in confessionibus audire  
non possunt.
- 59 Abbates generales quatuor Ordinum ge-  
neralium habent ordinariam jurisdi-  
ctionem in suis monasteriis, & alii  
abbatibus præseruntur.
- 60 Abbates Ordinum generalium verbali  
benedictione calices, & patenas, ac  
vestes sacerdotales benedicere possunt,  
non calices consecrare.
- 61 Magnus magister Ordinis sancti Joanni  
Hierosolymitani habet ordinariam juris-  
dictio-

- jurisdictionem cum mero, & mite imperio, quam habent etiam alia capita Ordinum aliarum militiarum.
- 62 Vicarij generales Episcoporum, & quamplures alij habent ordinariam jurisdictionem.
- 63 Ordinariorum appellatione veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarche, & Primates.
- 64 Suspicionis causa, quibus judges possunt allegari suspecti, quae sint.
- 65 Suspicionis causa coram eodem judice sunt alleganda, & juris arbitri eligendi.
- 66 Appellatio est admittenda à pronuntiatione super competentia judicū, vel suspicione.
- 67 Appellatio à non admissione ad juris arbitrorum electionem ad Papam est interponenda.
- 68 Suspicionis causa contra Ordinarium probata, datur adjunctus, sed regulariter ab eo causa non avocatur.
- 69 Suspicionis causa admissa, ad Sedem Apostolicam spectat discernere, cui causa sit committenda, illamque sibi bene vise committere potest.
- 70 Ordinariis locorum cause in prima instantia sunt regulariter reservatae.
- 71 Ordinarij locorum proprię hoc casu, qui dicantur.
- 72 Causa intra biennium non terminata, quando habeat locum appellatio.
- 73 Causa in prima instantia, qua apud Sedem Apostolicam sint tractanda.
- 74 Beneficiales causæ vigore Brevis Apostolicæ in prima instantia in Romanacuria cognoscuntur.
- 75 Causa in prima instantia ratione celebrati contractus coram Ordinariis locorum, qua non cognoscuntur.
- 76 Causæ beneficiales super beneficiis affluvi, vel reservatis in curia Romana cognoscuntur.
77. Reservatio inficit titulum, possessionem, & operatur etiam reservationem causarum.

**O**R DINIS potestas, quam habent Episcopi, probatur suprà par. 1. cap. 4. num. 1. & seq. quam autem habeant potestatem jurisdictionis, infra patebit. Jurisdictionis potestas duplex est, ordinaria, & delegata: delegata verò duplex a jure vel ab homine, ordinaria tamen favorabilis est, delegata autem uti extraordinaria, odiosa, & restringenda, gloss. in c. 1. in ver. processus, & in c. 3. in ver. vel conventionis de rescript. in 6. Anchar. in conf. 215. nu. 8. Purpur. in l. 1. num. 434. de cff. et. & Rot. de cff. 5. n. 3. & 4. de concess. prab. in antiquior. de ordinaria, quæ dignior est, primo loco tractare decrevi.

2. Potestas jurisdictionis tamen ordinariæ con-

sistit in iudicando, beneficijs conferendis, juramentis vassallorum recipiendis, investituris concedendis, in excommunicando, corrigoendo, penitentendo, mitigando, absolvendo, & indulgentiis concedendis, & de quibus per Feder. de Sen. in conf. 302. Rever. pater, circa principum, quæ omnia ante tamen consecrationem potest Episcopus electus, & confirmatus ministrare, gloss. final. in capit. transmissam, & ibi Doct. de elect. quodque indulgentiarum concessio fit etiam jurisdictionis, quas pariter Episcopus nondum consecratus concedere potest, tradit Sylvest. in ver. indulgentia, num. 13.

4. Ordinariam tamen jurisdictionem tribueret

Y potest